

9/0

Re. 4

He

itam: oo

S

an 86 1707

He

VIII

Nat. & Gew.
2 K. 22.



Hab.

1711. 4^{to} 22






INGIANVS. TRAGVS
TRAGOEDIA. IN LATEINISCHIS
CHARACTERIBVS. ET ALEXANDRICO



INDEX PLANTARVM
HORTI
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
PER
IO. HENRICUM HEUCHERIUM.



INDEX
PLANTARVM
HORTI MEDICI
ACADEMIAE
VITEMBERGENSIS
AVCTORE
Jo. HENRICO HEVCHERO

PHILOS. ET MED. D. ANAT. ET BOTAN.
PROF. PVBL.



VITEMBERGAE
SVMPT. ET TYPIS CHRISTIANI GERDESII
MDCCXI.



INDEX
ILLVSTRISSIMO
EXCELLENTISSIMISQVE
DOMINIS
SVMMI CONSESSVS ECCLESIASTICI
QVI DRESENAE EST
PRAESIDI
EMINENTISSIMO
ATQVE
ASSESSORIBVS
SPLENDIDISSIMIS
DOMINIS AC MAECENATIBVS
SVIS GRATIOSISSIMIS



L 57



DOMINI GRATIOSISSIMI

INCIVITIS
NOMINIBVS
VESTRIS



Ihil magis fotu in-
diget solis, quam
planta. Illo ex-
citata uno exur-
git, ac uegetatur: sine illo la-
tens cultorem ridet. Cultor
): (2 ipse

ipse expecto plantas: at illae,
nec unum, solem. Vos optant
benigna sidera: aureum ue-
strum iubar : calorem ue-
strum. Quoniam uero lo-
qui nequeunt, me desiderii
uoluerunt interpretem,

INCLYTIS
NOMINIBVS
VESTRIS

Heucherum

deuotissimum

Vitembergae
V. Kalendas Martias
CICERO XI CICERO
Dantes. Illo ex-
cites uno exut-
ur. ac negatur: tunc illo is-
tum iudicet. Chisor
jble (:) s





PRAEFATIO.

LECTORI BENEVOLO

S.

VIx furere desierat abhinc bienium immanis hyems, cum disciplina mihi Botanica demandaretur. Quod obiturus munus, Horto Iustrato Medico, reperi plantas, insolentia frigoris adustas ad unam ferme omnes. Ad iacturam, uix reparabilem, ingressus reparandam quid adhuc promouerim, hic demonstrabit INDEX. Qui si cui neque perfectus satis, neque satis copiosus esse uideatur, ille enim uero cogitet opus, pri-

)(3 uato



PRAEFATIO.

uato suscepsum sumptu. Causa cum Academiae fuit honor, tum ut Iuuentus, nostro quoque reuocata studio, ab anili, et ne hortulano quidem digna plantarum notitia, ad ueram illam, certamque, cuius fundamentum Character Plantarum est, adduceretur. Nos quidem Riuinianum fecimus nostrum, qui unam omnium longe elegantissimam plantarum Methodum Riuinianam iudicemus, longeque Methodis Morisonii, Raii, Turnefortii, aliisque anteponendam esse arbitremur. Neque id studio, aut quodam erga Virum celeberrimum amore; sed uero indueti iudicio censemus. Nihil assentamur Praeceptori, cuius et uoci, et scriptis cum nostram rerum botanicarum scientiam, tum huius rationem Indicis merito, lubentesque acceptam ferimus: sola excellentia effecit Methodi, in ea ut acquiesceremus. Atque eius quidem utilitatem summam is ipse, quem modo dixi, Index studiosae aperiet Iuuentuti. Hunc enim, DEO adiuuante, annis singulis explanaturus, Botanophilos reddam capaces ad plantas omnes



PRAEFATIO.

omnes , easdemque non magis patrias ,
quam peregrinas , nec uisas ante , nec au-
ditas , suo quaque nomine , appellandas ,
ordine quaque suo ordinandas . Flores
saltem cognoscendi , et semina : quibus
solis duabus rebus accurata plantarum
notitia comparatur . Quemadmodum
autem uera plantarum nomina a falsis di-
scerni oporteat , id partim idem ille no-
ster Index , partim subiectus Indici Indi-
culus , nomina germana a spuriis litera-
rum uariegatis distinguens formis , edo-
cebit . Tu uero , quisquis es , LECTOR
BENEVOLE , plantas non modo aduenas ;
sed et indigenas , et eas in locis , non
procul ab urbe dissitis , natas , in hisce
paginis cognosces . Quodsi qua planta-
rum genera in nostro deinceps aliquan-
diu obierint horto , non ideo in nostris
demonstrationibus deerunt . Nam res
duae farcient commune istud hortorum
fatum : hinc Herbarium nostrum uiuum :
illinc Sporophylacium nostrum . Illud
flores plantarum omnium , artificio elab-
): ():(bora-




PRAEFATIO.

boratos anatomico : hoc plantarum se-
mina siue nuda, siue uestita afferuat. Ita
uale, LECTOR BENEVOLE, hisque a
me contentus primitiis plenos in poste-
rum plantarum calathos expecta. Vi-
tembergae, V. Kalendas Martias,

CCXCI





PARS I.

Complexa

Plantas, flore perfecto
praeditas.

CLASSIS I.

Plantarum florem perfectum
simplicem gestantium.

SECTIO I.

Plantarum flore perfecto,
simplici, regulari.

ORDO I.

Plantarum gaudentium flore perfecto,
simplici, regulari, monopetalo,
semine nudo unico.

MIRABILIS, fl. purp. fl. flavo, fl. luteo
et rubro, fl. albo et rubro, fl. rubr. lut. et al-
bo. Vulgo Mirabilis Peruiana. Perenn.

FAGOPYRVM, Matthioli Frumentum Saracenicum.

Dodonaei Erysimum Theophrasti.

BISTORTA, fl. carn. Officin. Perenn.

A

POLY-

2 PLANTAE FLORE SIMPLICI

POLYGONVM, fl. alb. et fl. purp. alioquin Centum-nodia. Indig.

PERSICARIA, fl. ex albo carn. Indig.

Perficaria Oriental. flor. purp. fol. Nicot.

PARIETARIA, fl. herbac.

SANGVISORBA, spica brevi rubra, vulgo Pimpinella sanguisorba. Officin. Indig.

Sanguisorba maxima Canadensis alba spicata.

Semine nudo gemino.

CRUCIATA, fl. lut. Indig.

GALLIVM, fl. lut. Indig. Nota. Gallium album vulgare florem fert in 4. lacinias diuisum : sed est Gallii albi seu Molluginis species, quae florem profert in tres tantum lacinias diuisum.

APARINE, flosc. alb. Vulgo Philanthropos. Indig.

RVBIA, fl. ex luteo uirid. Vulgo Rubia Tinctorum Officin.

ASPERVLA, fl. albo, vulgo Matrisylua. Indig.

Semine nudo quaterno.

BORRAGO, fl. coerule. Officin. Indig.

Borrago, fl. albo. Indig.

BVGLOSSA, fl. purpur. Officin. Indig.

CYNOGLOSSA, fl. obsol. purp. Officin. Indig.

CERINTHE. Vulgo Cerinthe maior, fl. flavo, fl. ex luteo et rubro, fl. uersicolore laciniato.

CONSOLIDA, fl. purp. quae mas, et fl. albo, uel pallide luteo, quae foemina dicitur. Vulgo Consolida maior, item Symphytum. Officin. Indig. Perenn.

LITHOSPERMVM, fl. albo. Vulgo Milium solis. Officin. Indig.

PVI.



PULMONARIA, fl. candid. et fl. purp. Vulgo Symphytum maculosum. Officin. Indig.
OMPHALODES seu Vmbilicata. Vulgo Linum umbilicatum.

Semine nudo plurimo.

MALVA. Officin. Indig.

Malua trimestris.

Malua oriental. fl. rubr.

Malua crispa.

Malua Pannon. fl. rubr.

Malua Alexandrina.

ALTHAEA, fl. incarn. Officin. Indig.

ALCEA, fl. incarn. Indig.

LVPVLVS, fl. herbac. Officin. Indig.

Semine latente intra pericarpium
unicapsulare.

ANAGALLIS, fl. phoenic. Officin. Indig.

NVMMLARIA, fl. lut. Vulgo Centimorbia. Officin.
Indig.

MYRIOPHYLLON, fl. alb. Vulgo Millefolium pa-
lustre.

CYCLAMEN, fl. purp. Officin. Perenn.

HYDROPHYLLON, fl. alb. Vulgo Dentariae affinis
Echii flore.

AVRICVLA. Vulgo Auricula ursi: cuius flores co-
loris ratione multis modis uariantes conspic-
untur.

PRIMVLA. Vulgo Primula Veris, itidem colorum
uarietate mirifice ludens : Pertinet huc flos
Paralyseos officinar.



- MENYANTHES, alioquin Trifolium palustre. Indig.
 SOLDANELLA. Officin. Perenn.
 GENTIANELLA, fl. coerul. Perenn.
 GENTIANA, fl. lut. Officin. Perenn.
 CANNABIS. Officin. Indig.
 VRTICA. Vulgo Vrtica urens. Officin. Indig.
 SPINACHIA. Vulgo Lathamum hortense.
 CVSCVTA, fl. albido. Officin. Indig.
 HERNIARIA, alioquin Millegrana. Officin. Indig.

Semine latente intra pericarpium bica-
psulare, siliquis gemellis simile.

- NERIVM, Vulgo Oleander, fl. rubr. fl. alb. flor. in-
carn. odor. et fl. rubro pleno.
 APOCYNVM. Perenn.
 Apocynum African, fl. aurantio.
 Apocynum African, arboresc. Salicis folio.
 PERIPLOCA. Vulgo Scammonea Monspeliaca.
 VINCETOXICVM, fl. alb. Vulgo Hirundinaria. Of-
ficin.
 VINCA, fl. coerul. Vulgo Vinca per Vinca. Officin.
 Indig.

Semine latente intra pericarpium bi-
capsulare breuius.

- NICOTIANA. Officin.
 CENTAVRIVM, fl. rubr. Vulgo Centaurium minus.
 Officin. Indig. Perenn.
 PLANTAGO. Officin. Indig.
 PSYLLIVM, flosc. albicant. Officin.
 MERCURIALIS. Vulgo Mercurialis mas.

Semine



Semine latente intra pericarpium
tricapsulare.

RICINVS, fl. albo. Vulgo Cataputia maior,
Ricinus Americanus maior, caule uirescente.

A LOE. Vulgaris.

Aloë Africana, caulescens foliis spinosis, maculis ab
utraque parte albicantibus notatis.

Aloë Succotrina, fl. ex viridi luteo.

Aloë Africana, breuissimo, crassissimoque folio, flo-
re subviridi.

Aloë Americana, folio latiore, et glauco.

Aloë Africana, foliis glaucis, margine et dorso spi-
niosis.

Aloë Africana, folio variegato.

Aloë Africana, folio ex albo et viridi variegato.

Aloë Africana, Margaritifera minor.

COLCHICVM, fl. purp. purp. vulgo Colchicum
commune Indig. Perenn.

Colchicum, fl. albo.

Colchicum uernum Hispanticum.

Colchicum, fl. pleno purp. et fl. pleno albo.

CROCVS. Officin. Perenn.

Crocus uernus, fl. aureo.

Crocus uernus, fl. pallido.

Crocus uernus, fl. purp. variegato.

Crocus uernus, fl. coeruleo lineis violaceis variegato.

Crocus autumnalis satius.

NARCISSUS. Perenn.

Narcissus albus, circulo croceo.

Narcissus albus, circulo purpureo.

Narcissus Orientalis uarius tam magnitudinis, quam
coloris ratione.



6 PLANTAE FLORE SIMPLICI

Narcissus flavius, subflavus, luteus.

Narcissus, flore pleno.

HYACINTHVS. Perenn.

Hyacinthus oblongo flore coeruleus, maior.

Hyacinthus, oblongo flore albo.

Hyacinthus Orientalis, flore simplici et fl. pleno.

MUSCARI. Vulgo Hyacinthus moschatus.

CAMPANVLA.

Campanula angustifolia, fl. albo. et fl. coeruleo.

Campanula Perficifolia. Indig. Perenn.

Campanula linifolia. Indig. Perenn.

Campanula urticae folio.

Campanula, fl. albo et fl. coeruleo. pleno.

Campanula maior siue pyramidalis.

POLEMONIVM, fl. albo et flore coeruleo, male Valeriana Graeca.

BUXVS.

Buxus arborescens vulgaris.

Buxus maior foliis pictis, seu per limbum aureis.

Buxus foliis ex albo variegatis.

CONVOLVVLVS.

Convolvulus Africanus, fl. punic.

Convolvulus Hispánicus diuersicolor.

Convolvulus peregrinus minor.

Convolvulus Hispánicus, sem. alb. fl. persico.

Convolvulus, fl. albo, semine nigro.

Convolvulus Hispan. fl. coeruleo.

Semine latente intra pericarpium
quadricapsulare.

DATVRA, flore maximo albo.

GOSSYPIVM, fl. atro purpureo. Perenn. Officin.

CHA-



CHAMAENERION, fl. rubro. Vulgo Lysimachia si-
liquosa, item Filius ante patrem. Indig.
ONAGRA, fl. luteo. Vulgo Lysimachia corniculata,
item Lysimachia speciosa. Indig.
ERICA, fl. purpureo et fl. albo. Indig. Perenn.

Semine latente intra pericarpium
quinquecapsulare.

KETMIA, fl. rubro et fl. albo. Vulgo Althea vel
Alcea arborescens. Perenn.

ACETOSELLA, fl. albo. Officin. Indig.

QVAMOCЛИT, fl. coccin. Alioquin Convolvulus
pennatus exoticus.

Semine latente intra pericarpium
sexcapsulare.

ASARVM, flore ex viridi purpureo. Offic. Indig.

Semine latente intra pericarpium
multicapsulare.

ABUTILON, fl. luteo. Vulgo Abutilon Auicennae,
māle Althaea Theophrasti.

Semine latente intra pericarpium mol-
lius parvum, seu baccam.

LAVREOLA, fl. purpur. Vulgo Mezereum, item Coc-
cognidium.

VIBVRNVM. Alias Lantana. Perenn. Indig. G.

TINVS, fl. albo. Vulgo Laurus Tinus.

TAJVVS. Perenn.

TAXVS.



IASMINVM, fl. albo. Perenn.

Iasminum Catalonicum, flore incarnato.

IVIVBA. Alias Zizyphus. Officin. Perenn.

FRANGVLA. Vulgo Alnus nigra baccifera. Officin.

Indig.

SAMBVCVS. Officin. Indig. Perenn.

Sambucus, fl. albo, bacca rubra. Vulgo Opulus.

Indig.

EBVLVS. Officin. Indig. Perenn.

POLYGONTAVM, fl. albo. Vulgo Sigillum Salomonis. Officin. Indig. Perenn.

AQVIFOLIVM. Vulgo Agrifolium, item Ilex aculeata. Perenn.

CERVI SPINA, fl. uirid. Vulgo pina infectoria, item Rhamnus catharticus. Officin. Indig. Perenn.

LIGVSTRVM, fl. alb. Indig. Perenn.

MOSCHATELLINA, fl. uiridi, male Ranunculus Moschatus,

SOLANVM.

Solanum uulgare, baccis nigris, Germ. Officin. Indig.

Solanum fruticosum bacciferum. Alioquin Strychnodendron.

Solanum scandens, item Solanum lignosum, alioquin Dulcamara. Indig. Perenn.

HALICACABVS, alioquin Alkekengi. it. Solanum ueficarium. Officin.

BRYONIA, fl. ex Virid. albo. Officin. Indig. Perenn. Bryonia Africana glabra, fl. herbac. foliis profunde fectis, tenuioribus.

GROSSVLARIA. Vulgo Grossularia spinosa. Perenn.

RIBES



RIBES. Vulgo Grossularia non spinosa: fructu rubro et fr. candido, maiore et minore. Officin. Perenn.

CONVALLIVM FLORES, fl. alb. Vulgo Lilium Convall. Officin. Indig.

Convalium flores, fl. rubente. Perenn.

VACCINIA, fl. rubic. bacca nigra. Vulgo Myrtillus. Offic. Indig.

Semine latente intra pericarpium molius pomo aequale, aut etiam maius.

MOMORDICA, fl. albid. Male Balsamina mas. Officin.

MELANZANA, fl. coerulea. Alioquin Mala insana, it. Melongena.

CAPSICVM, fl. albo: fructu aureo, rubro, obscuro. Vulgo Piper Indicum, it. Solanum mordens.

MELO. Officin.

CVCVMIS. Officin.

PEPO. Officin.

CVCVRBITA. Officin. fructibus uariae molis et figurae.

LYCOPERSICON, fl. luteo: fructu maiore et minore. Vulgo Pomum amoris.

ORDO II.

Plantarum flore simplici, regulari, Dipetalo gaudentium.

HArum parcus admodum notatur prouentus, ita ut praeter CIRCEAM, quam uulgo Ocystrum

B

strum Verrucarium uocant, uix alia huc usque
innotuerit.

ORDO III.

Plantarum gaudentium flore
simplici, regulari, Tripetalo,
Semine nudo uno.

ACETOSA maxima, fl. uirid. dicta Hispanica.
LAPATHVM, fl. uiridi. Vulgo Lapathum acu-
tum. Indig.

Semine nudo plurimo.

SAGITTA. Vulgo Sagitta aquatica, item Sagittaria.
Indig.

RANÆ MORSVS. Alioquin Plantago aquatica, it.
Ranunculus aquaticus. Indig.

Semine latente intra pericarpium
tricapsulare.

EPEHEMERVM, fl. coerul. Alioquin Phalangium
Virginianum, item Moly Virginianum.

Semine latente intra pericarpium
sexcapsulare.

BUTOMVS. Alioquin Iuncus floridus, it. Gladiolus
palustris. Indig.

Semi-

Semine latente intra pericarpium mollius
seu succulentum, seu baccam.

VVVLARIA.

Semine tricocco.

CHAMAELEA. Alioquin Mezereum Arab.

ORDO IV.

Plantarum gaudentium flore
simplici, regulari, Tetrapetala,

semine nudo unicō.

TRIBULOIDES. Vulgo Tribulus aquaticus. Indig.
RAPISTRVM. Vulgo Rapistrum Italicum et Galli-
cum, item Raphanistrum, item Rapistrum mo-
nospermum.

IONTHLASPI, fl. lut. Male Thlaspi clypeatum.

ISATIS. Vulgo Glaustum Sativum. Indig.

Semine nudo quaterno.

POTAMOGETON. Vulgo Millefolium aquaticum.

Semine nudo plurimo.

THALICTRVM. Indig.
Thalictrum Canadense, fl. albo, qui modo tetrape-
talos, modo pentapetalos reperitur.

FLAMMVL A. Vulgo Flammula Iouis.

CLEMATIS. Indig.



Semine latente intra pericarpium membranaceum unicapsulare.

PAPAVER, uariis ludens coloribus. Officin. Indig.
Nota, Papauer eiusmodi gaudere flore tetrapetalo, ubi solum bina petala utrinque opposita sunt aequalia, duo scilicet maiora, duoque minora.

CHELIDONIVM, fl. lut. Vulgo Chelidonium majus. Offic. Indig. Perenn.

EPIMEDIVM, fl. luteo - pallido - rubente. Perenn.
Nota, Epimedium ab aliis Tetrapetalis omnibus in eo diuersum esse, quod petala duplicita habeat: exteriora enim aliquantulum latiora et rubicunda sunt, interiora minora luteaque. Cohaerent autem firmiter minora cum maioribus, ut non modo eadem cum illis inter florendum, sed et inter decidendum, uideantur, nisi cum cura diuellantur a se inuicem: unde satius putat CL. Riuinus, Epimedium referri ad Tetrapetala, quam octopetala, seu polypetala.

RAPHANISTRVM, fl. lut. siliqua glabra articulata.
Raphanistrum aruense, fl. albo. Indig.

Semine latente intra pericarpium bicapsulare longius.

GLAVCIVM, fl. luteo, et fl. violaceo. Vulgo Pa-
pauer corniculatum, item Ceratites Dioscoridis. Perenn.

RAPHANVS, fl. alb. Offic. Indig.
NAPVS, fl. flauo. Indig.
BRASSICA, fl. luteolo. Indig.
ERVCA, fl. albo striato: maior sativa annua, semi-
ne albo.

Eruca



Eruca, fl. luteo minore: sylvestris latifolia. Indig.

SINAPI, fl. luteo, semine rubro. Offic. Indig.

Sinapi aruense praecox, semine nigro. Indig.

ERYSIMVM, flore lut. Officin. Indig.

SISYMBRIVM, fl. albo. Vulgo Nasturtium aquatum. Officin. Indig.

DENTARIA. Vulgo Dentaria triphyllus. Indig.

HESPERIS, fl. albo. Male Viola Matronalis.

Hesperis, fl. purpureo. Vulgo Hesperis hortensis.

ALLIARIA, fl. albo. Alioquin Hesperis odore Allii.

KEYRI, fl. aureo. Vulgo flores Cheiri, it. Leucium luteum. Officin. Perenn.

CARDAMINE, fl. prorsus albo. Vulgo Nasturtium pratense. Indig.

TVRRITIS, fl. luteolo. Vulgo Brassica sylvestris.

Indig. Nota, Turritis pariter ac IBERIS eiusmodi gaudent flore Tetrapetalo, quo petala ratione situs declinant ex rotunda in quadratam quasi figuram, quanquam petala inter se sint aequalia.

Semine latente intra pericarpium bicapsulare latius.

BVLBONACH.

Semine latente intra pericarpium bicapsulare brevius.

THLASPI aruense, fl. candid. Indig.

NASTVRTIVM. Vulgo Nasturtium hortense. Officin.

CORONOPVS. Vulgo Cornu ceruinum. Male habetur pro specie Plantaginis.



14 PLANTAE FLORE SIMPLICI

BVRSA. Vulgo Bursa pastoris. Officin.

ARMORACIA. Officin. Perenn.

COCHLEARIA. Officin.

LEPIDIVM. Vulgo Piperitis, folio lato.

MYAGRVM. Vulgo Sesamum. Indig.

Semine latente intra pericarpium
quadricapsulare.

RVTA, fl. ex uiridi lut. Offic. Indig. Perenn.
EVONYMVS. Indig. Perenn.

Semine latente intra pericarpium molle
seu baccam.

LAVRVS. Officin. Perenn.

CORNVS. Vulgo Cornus mas.

CHRISTOPHORIANA. Vulgo Actaea, item Aco-
nitum racemosum. Indig.

OXYCOCVS, fl. rubicundo. Vulgo Vitis Idaea
palustris. Indig.

PARIS, fl. uiridi. Vulgo herba Paridis. Officin.

ORDO V.

Plantarum gaudentium flore
simplici, regulari, pentapetalo,

Semine nudo unico.

TILIA, fl. alb. Officin. Indig.

LIMONIVM, maritimum maius. Perenn.

CVMINOIDES. Vulgo Cuminum Sylvestre. In-
dig.

STA-

STATICE, fl. rubro. Vulgo Scabiosa montana, item
Caryophyllus montanus. Indig.

Semine nudo plurimo.

CAVDA MVRIS. Alioquin Myosuros, it. Holosteum.
Indig.

VL MARIA, fl. albis in formam paniculae congestis,
uel in Muscarii quasi aut globuli formam con-
flatiss. Vulgo Argentilla maior, it. Regina pra-
ti, item Barba caprae. Indig.

QVINQUEFOLIUM, seu Pentaphyllum, fl. lut. Indig.
PENTAPHYLOIDES, fl. purpur. planta palustr.
Indig.

Pentaphyloides, fruticosum Raii, fl. lut.

CARYOPHYLLATA, fl. lut. sem. plur. barbat. Of-
ficin. Indig. Perenn.

RANUNCULVS. Indig.

Ranunculus, fl. lut. pratens. rad. tuberosa.

Ranunculus, fl. lut. palustr. cap. rotundo.

Ranunculus, fl. lut. Illyricus seu lanuginosus.

Ranunculus lanceatus.

ANSERINA, fl. lut. Vulgo Potentilla, it. Argentina,
item Pentaphyloides minus supinum. Officin.
Indig.

FRAGARIA, fl. albo. Officin. Indig. Perenn.

Semine latente intra pericarpium mem-
branaceum unicapsulare.

AMARANTHVS.

Amaranthus spicatus sericeus, fl. luteo virescente.

Amaranthus, spicis carneis interfusa flavaedite mi-
cantibus.

Ama-

Amaranthus, aurea spica, et ignis fulgore, diuersicolor.

Amaranthus, panniculis ex fusco purpurascensibus.

Amaranthus. Ind. Oriental. spica longa argent. summit. purpur.

Amaranthus cristatus, fl. coccineo.

Amaranthus cristatus, fl. luteo.

Amaranthus cristatus, fl. sulphureo.

CARYOPHYLLVS. Mira coloris plenitudinisque uarietate luxurians flos.

LYCHNIS. Floris colore admodum uariat, uariaeque huius species tam indigenae sunt, quam in horto proueniunt.

ALSINE. Vulgo Morsus gallinae. Indig.

SPERGVLA. Differt ab Alsine, quod spergula petalis gaudeat integris, Alsine bifidis.

CORTVSA, fl. albo fimbriato. Alias Mitella, item Cortusa Americana.

PORTVLACA, fl. pallide luteo. Officin.

Portulaca arvensis, seu Portulaca exigua. Indig.

Portulaca sylvestris, seu angustifolia. Indig.

Portulaca hortensis, foliis uirid. et fol. flauis.

ANDROSAEMVM. Alioquin Ruta hypericoides, folio foetido. Perenn.

PARNASSIA, fol. albo. Vulgo Gramen Parnassi, item Vnifolium palustre, Officinarum Hepatica alba. Indig.

RHVS, fl. uirid. Vulgo Sumach, item Rhus opsoniorum. Officin. Perenn.

RORELLA. Vulgo Ros solis. Officin. Indig.

AGRIMONIA, fl. pallide luteo. Officinal. Indig. Perenn.

Semine

Semine latente intra pericarpium membranaceum bicapsulare.

G E V M. Alioquin *Sanicula montana rotundifolia*
Indig.

S A X I F R A G A, fl. albo, radice granulosa. Officin. Indig. Perenn.

S T A P H Y L O D E N D R O N. Alioquin *Nux ueſicaria*, it. *Pistacia sylvestris*. Perenn.

V M B I L I C V S. Vulgo *Vmbilicus Veneris*, item *Sedum spurium bicone*, it. *Sanicula montana crenata*, umbilico rubro, candido, et punctato. Perenn.

Semine latente intra pericarpium membranaceum tricapsulare.

H Y P E R I C U M, fl. lut. Indig. Officin. Perenn.

H A R M A L A, fl. magno albo. Vulgo *Ruta sylvestris*. Indig.

M Y R T V S.

Myrtus communis Italica.

Myrtus, foliis Buxi.

Myrtus, foliis minimis mucronatis.

Myrtus, fl. pleno.

Myrtus, foliis extremitate argentea gaudentibus.

S I C I L I A N A. Vulgo *Androsaemum maximum* quasi frutescens, seminibus quasi baccis inclusis, item *Herba Siciliana*. Perenn.

Semine latente intra pericarpium membranaceum quinquecapsulare.

F A B A R I A. *Crassula maior*. Officin. *Telephium vulgare*.

C

SE

SEDVM huiusque uariae species.
AQVILEGIA, flore simplici et pleno uariis colo-
ribus superbiente. Officin.

CISTVS. Mas et foemina.

MVSCIPVLA, fl. purp. et fl. alb. Vulgo Lychnis
uiscosa, item Centaurium.

GRVINALIS probe distinguenda a Geranio.

SPIRAA. Vulgo Spiraea Theophrasti. Perenn.

Semine latente intra pericarpium mem-
branaceum multicapsulare.

CALTHA, fl. simpl. aureo. Vulgo Caltha palu-
stris, it. Populago. Indig.

Caltha, fl. pleno.

LINVM. Linum annum coeruleum satiuum. Offic.
Linum perenne maius coeruleum, capitulo maiore.

Semine latente intra pericarpium suc-
culentum, bacciferum.

LAVROCERA SVS. Perenn.

CERASVS.

VITIS.

SORBVS. Vulgo Sorbus esculenta, uel domestica.

AVCPARIA. Vulgo Sorbus aucuparia. Indig.

HEDERA. Vulgo Hedera arborea, fl. uirid. Officin.

ROSA.

PHYTOLACCA. Vulgo Amaranthus baccifer.

RVBVS.

Semine latente intra pericarpium succu-
lentum, pomiferum.

MESPILVS.

PRV-



PRVNEOLVM.

PRVNVS.

ARMENIACA. Vulgo Malus Armeniaca.

PERSICA. Vulgo Malus Persica.

CYDONIA. Vulgo Malus Cydonia.

CITRVS. Vulgo malus Citria.

AVRANTIA. Vulgo Malus aurantia.

MALVS.

PYRVS.

Semine latente intra pericarpium durius, nuciferum.

AMYGDALVS.

ORDO VI.

Plantarum gaudentium flore simplici, regulari, hexapetalo,
semine nudo.

FILIPENDVL A, fl. Ochroleuco. Male Saxifraga
rubra. Indig. Nota, huius florem interdum
septem petalis gaudere.

PVLSATILLA. Indig.

Semine latente intra pericarpium membranaceum unicapsulare.

IVNCVS. Alioquin Scirpus. Indig.

Semine latente intra pericarpium membranaceum bicapsulare.

SALICARIA, fl. purpur. Male Lysimachia spicata. Indig.

C 2

Semine



Semine latente intra pericarpium membranaceum tricapsulare.

VERATRVM, fl. subuiridi et fl. atrorubente. Vulgo Helleborus albus. Officin. Perenn.

PHALANGIVM, fl. alb. Vulgo Phalangium ramosum. Male Moly: male Asphodelus, foliis fistulosis. Indig.

ORNITHOGALVM, fl. luteo. Alioquin Bulbus sylvestris, item Sifyrinchium Theophr. Indig. Perenn.

Ornithogalum umbellatum minus candidum valgare. Indig.

LLIVM. Officin. Perenn.

LLIOHYACINTHVS. Alioquin Hyacinthus stellaris, foliis et radice Lilii: item Hyacinthus Liliofoliusstellatus. Perenn.

TVLIPA florum colore innumeris modis uarians.

FRTILLARIA, fl. purpur. et fl. albo. Perenn.

CORONA. Vulgo Corona imperialis. Perenn.

DENS CANIS, fl. purpurasc. Male Satyrium erythronium. Perenn.

MARTAGON, fl. purp. et fl. flavo. Vulgo Lilium Martagon. Perenn.

PORRVM. Porrum commune capitatum. Officin. Perenn.

Semine latente intra pericarpium succulentum.

BERBERIS. Male Oxyacantha seu Spina acida. Perenn. Officin.

SAMILAX. Vulgo smilax aspera, fructu rubente. Perenn.

ASPI-



ASPARAGVS, fl. herbac. Perenn. Officin.
GRANATVS, fl. simpl. et fl. pleno. Aliis Malus Pu-
nica, item Balaustium. Officin. Perenn. Ab
aliis refertur ad plantas, flore polypetalo: ab
aliis ad pentapetaloo praeditas.

ORDO VII.

Plantarum gaudentium flore
simplici, regulari, polypetalo,
semine nudo gemino.

ACER. Campestre, et minus seu Acer uulgare, mi-
nore folio. Indig. Perenn.

Semine nudo plurimo.

ADONIS, fl. phoeniceo. Alioquin Eranthemum.
Male Chamaemelum miniatum: male Ranuncu-
li arvensis species. Indig.

Adonis hortensis, flore minore atrorubente.

HEPATICA, fl. purp. et fl. coerule. simpl. et pleno.
Vulgo Hepatica nobilis seu trifolia, it. Herba
Trinitatis. Male Trifolium hepaticum: male
Ranunculus hepaticus trilobatus. Officin. Pe-
renn. Indig.

FICARIA, fl. luteo. Male Chelidonium minus. Of-
ficin. Indig. Ludit petalis incertis.

ANEMONE, fl. simpl. et pleno, colore multum uariante.

Semine latente intra pericarpium mem-
branaceum tricapsulare.

PAEONIA, fl. atrorubente. Officin. Perenn.

Semine latente intra pericarpium membranaceum quinquecapsulare.

FICOIDES seu Aizoides.

Ficoides African. tereti folio.

Ficoides arborescens, fl. purpur.

Ficoides African. mai. fol. triangulari.

Ficoides African. min. fl. lut. fol. triang.

Ficoides African. folio rotundo maiore.

Ficoides African. margaritif. seu crystallin.

Semine latente intra pericarpium membranaceum multicapsulare.

SEMPERVIVVM. Alioquin Sedum.

Semperiuuum maius. Officin. Perenn. Indig.

Nota. Sedum et Semperiuuum ita differunt, ut illius species gaudeant flore pentapetalo; huius polypetalo.

Semine latente intra pericarpium succulentum.

OPUNTIA. Male Ficus Opuntia, uel Ficus Indica.

Opuntia minor, folio subrotundo.

Opuntia maior, folio spinis longissimis armato.

Opuntia maxima, folio spinoso latissimo et longissimo.

MELOCACTVS. Aliis Cereus.

Melocactus Americanus repens trigonus, fl. albo, fructu uiolaceo.

Melocactus Americanus ex plurimis globulis Opuntiae modo nascentibus constatus, spinosissimus, flore et fructu roseo.

SECTIO



SECTIO II.

Plantarum flore perfecto, simplici, irregulari.

ORDO I.

Plantarum gaudentium flore perfecto,
simplici, irregulari, monopetalo,
Semine nudo unico.

VALERIANA, flosc. incarn. sem. papposo. Officin.
Perenn. Indig.

Seminibus nudis binis.

LOCVSTA, fl. ciner. Male *Lactuca agnina*, *Vale-*
riana campestris, *Olus album*. Indig.

Seminibus nudis quaternis rugosis.

ECHIVM stricte dictum, fl. coeruleo. Indig.

ECHIOIDES, fl. coerul. Male *Buglossum sylvestre*
minus. Indig.

PSEVDANCHVSA, fl. albo. Male *Lithospermum*
aruense, radice rubra: male *Anchusa*, uel *Echi-*
um. Indig.

Seminibus nudis quaternis laeuis,
flore barbato tantum.

TEVCRIVM, fl. alb. species major. Perenn.

Teucrium, fl. purpurasc. species minor. Officina-
rum Chamaedrys.

SCOR-



SCORDIVM, fl. purp. Aliis Chamaedr. palustr. Allium redolens. Officin. Indig. Perenn.
 MARVM, fl. purp. Marum uernum. Offic. Perenn.
 CHAMAEPIYS, fl. luteolo. Offic. Perenn.
 IVA MOSCHATA, fl. rubr. fol. multifido. Officin.
 AIVGA, folio integro. Communiter Polium montanum. Indig.
 POLIVM. Offic. Perenn.

Flore barbato et galeato simul.

Barba simplici, galea quadripartita.

O CIMVM siue Basilicum, fl. albo, uel uiolaceo.
 Officin.
 Ocimum minus.

Barba tripartita, galea integra.

LEONVRVS AFRICANVS, fl. miniato maiore. Male dicitur Sideritis, Lamium, Marrubium, aut Cardiaca Africana. Perenn.

Leonurus Africanus Nepet. fol. fl. minore.
 CARDIACA, fl. carn. Officin. Perenn. Indig.

Nota. Cardiaca foliis crispis non aliter a uulgari distingui potest, quam si folia spectentur ima, uel potius prima illa quae caulem praecedunt.

LAMIVM. Vulgo Urtica mortua. Indig.
 PVLEGIVM, fl. coerul. Male dicitur Menthae species. Officin. Perenn. Indig.

LADANVM SEGETVM, fl. rubr. Male Sideritidis species.

STACHYS sylvestris. Aliis Vrtica foetida, item Heraclea.

BRVNELLA, fl. purpur. coerul. uel albo. Offic. Indig.
 CAN-



CANNABIS SPVRIA, fl. rubr. Aliis Urtica aculeata. Indig.

Barba tripartita, galea divisa.

MASTICHINA, flosc. alb. Marum Officinarum.

THYMVS uulgaris. Officin. Alii Thymum capitatum pro uero habent.

SERPILLVM. Huius uariae sunt species, aliae repentes magis, aliae magis erectae. Variat etiam ratione florum, qui modo maiores, modo minores, modo purpurascentes, modo candidi. Optimum, quod Citrium malum redolet, Citratum dictum. Officin. Perenn. Indig.

CLINOPODIVM, fl. rubr. Perenn. Indig. Aliis Acinos.

SATVREIA. Officin. Differt perennis ab annua, in quantum perennis flores accedunt ad Calamentham uel Melissam: annuae non aequae.

MELISSA. Officin. Est potius planta semiuerticillata, quam uerticillata. Perenn.

CALAMENTHA, fl. carneo maximo. Officin. Perenn. Indig.

MENTHA, fol. acuto. Officin. Perenn.

Mentha spicata crispa. Officin.

MENTHASTRV M. Huius flos minor est flore Menthae, uix unquam apertus. Perenn. Indig.

NEPETA, fl. albo, qui plane singulari structura gaudet, praecipue si marginem denticulatum barbae mediae, cui ab utroque latere breuior lacinia instar auricularum adhaeret, examines. Perenn. Indig.

LAVENDVLA, fl. coerul. Officin. Perenn.

Lavendula, fol. multifido, fl. albo et fl. coerul.

SPICA, fl. coerule. Officin. Perenn. Nota. Differunt Spica, et Lavendula primo foliis. Spicae enim sunt latiora, unde Spica iure dici possit. Lauendula latifolia: secundo floribus. Nam uerticillum Spicae longius est, quam Lauendulae, unde et Lauendula spicata Spica appellari possit.

STOECHAS. Vulgo Stoechas Arabica. Officin. Perenn.

VERBENA. Officin. Perenn. Indig.

MAIORANA. Officin. Huius flores in lacinias desinunt acutas.

Maiorana hyemalis. Perenn.

ORIGANVM. Huius flores desinunt in lacinias magis rotundas. Officin. Perenn.

DICTAMNVS. Officin. Perenn.

Barba quadripartita, galea integra.

GALEOPSIS, fl. albo. Male Vrtica mortua. Indig.

Barba quadripartita, galea diuisa.

ROSMARINVS. Officin. Perenn.

CHAMÆCISSVS, fl. coerule. Vulgo Hedera terrestris. Officin. Perenn.

HYSSOPVS, fl. coerule. Recte Hyssopus Arabum. Male Hyssopus Graecorum. Officin. Perenn.

SIDERITIS. Duplex, erecta, et humilior: illius flos est luteolus; huius saltim qua barbam luteolus, cetera candidus. Officin. Perenn. Indig.

BETONICA, fl. purp. et fl. albo. Officin. Perenn. Indig.

SALVIA, fl. coerule. latifol. Offic. Perenn.

Salvia



Salvia minor.

CEDRONELLA, fl. coeruleo et fl. albo. Male *Melissa Moldavica*, vel *Turcica*: melius forsitan *Citrago Turcica*.

GALLITRICHVM. Vulgo *Horminum* spurium.

HORMINVM, fl. coeruleo. Officinar. *Sclarea*. Perenn.

PSEVDO-DICTAMNVS. Perenn.

BVGVLIA. Officinar. *Consolida media*. Indig.

Seminibus inclusis Pericarpio membranaceo unicapsulari.

SCUTELLARIA. Vulgo *Lysimachia galericulata*, item *Tertianaria*. Indig.

LENTIBVLARIA, fl. lut. Male *Millefolium aquatum lenticulatum*.

SQYAMARIA.

Pericarpio membranaceo bicapsulari,
fl. clauso, et labiato.

MELAMPYRM aruense, coma rubra, floribus luteis rubrisque simul. Indig.

ANTIRRHINVM hortense maius.

Antirrhinum mai. diuersicolor.

Antirrhinum aruense minus. Indig.

LINARIA, fl. lut. Offic.

Flore patulo, et diuiso tribus laciniis barbato tantum.

ACANTHVS. Aliis *Branca ursina*. Perenn.

Flore patulo et diuiso quatuor laciniis.

EVPHRAGIA, fl. alb. Officin. Indig.

D 2

CRISTA

CRISTA GALLI. Male Pedicularis lutea. Indig.
PEDICVLARIS. Male Crista galli purpurea.
VERONICA, fl. pallide coerulea. Offic. Perenn. Indig.
BECCABVNGA seu Veronica aquatica maior et minor, folio subrotundo, vel oblongo. Officin. Perenn. Indig.

Flore, cuius margo quinque laciniis diuisus.

BLATTARIA. Indig.
VERBASCVM. Indig. Officin.
HYOSCYAMVS, fl. albo et fl. luteo. Officin. Indig.
DIGITALIS. Huius multa est uarietas specie non genere differens.
GRATIOLA, fl. albo. Officin. Perenn. Indig.
CARDINALIS. Vulgo Flos Cardinalis Barberini.
RAPVNCLVS corniculatus. Perenn. Indig.
 Rapunculus, spica longiore.

Pericarpio membranaceo tricapsulari.

GLAIDIOLVS, fl. purp. Officin. Radix Victorialis rotunda.
CANNA INDICA, fl. luteo punctato.
 Canna Indica, fl. coccin.
 Canna Indica, fl. lut maiore.

Pericarpio membranaceo quadri-capsulari.

SESAMVM.

Pericarpio membranaceo quinque-capsulari.

CHAMAERHODODENDROS seu Ledum.

Peri-



Pericarpio membranaceo sexcapsulis
distincto.

ARISTOLOCHIA, fl. flavo, radice longa. Officin.
Percnn.

Seminibus inclusis pericarpio duriori.

VITEX. Officin. Agnus castus.

Seminibus inclusis pericarpio carnosio
seu bacca.

CAMARATINGA, vel Pseudo-uiburnum Americanum,
fl. luteo. Male Viburnum Americanum. Perenn.
Camaratinga, folio Vrticae.

XYLOSTEVUM. Male Chamaecerasus, vel Periclyme-
num rectum. Perenn. Indig.

PERICLYMENVM, fl. rubell. Vulgo Caprifolium
German. Perenn.

ARVM. Officin. Perenn.

Arum maximum Aegyptiacum. Vulgo Colocassia.

Arum polyphyllum, Dracunculus et Serpentaria di-
ctum, caule maculato. Perenn.

ORDO II.

Plantarum gaudentium flore
perfecto, simplici, irregulari dipetalo.

Hic dissimulandum non est, uix ullum his nostris in
Terris occurgere florem irregularem dipeta-
lum: licet quidam e minus cognitis huc reuoca-
ri possent, quemadmodum in Horto Malabarico



KONDAM-PALLV et NELIPV describuntur
ut dipetala irregularia.

ORDO III.

Plantarum gaudentium flore
perfecto, simplici, irregulari tripetaloo.

His nostris in regionibus uix ullus occurrit flos irre-
gularis tripetalus.

ORDO IV.

Plantarum gaudentium flore
perfecto, simplici, irregulari tetrapetaloo;
conceptaculo simplici breuissimo

seu

*Siliculae sphaericae inclusa semine
subrotundo.*

FVMARIA, fl. rubr. Officin. Indig.

*Siliculae echinatae inclusa semine
reniformi.*

ONOBRYCHIS: puta monospermos, nam siliquis
gaudens articulatis spectat ad Hedysarum.

Siliculae glabrae inclusa semine oblongo.

BARBA IOVIS, fl. pallide-luteo. Perenn.

Silicu-



Siliculae rugosae inclusō semine reniformi.

MELILOTVS, fl. luteo et fl. albo. Male Trifolium
odoratum. Officin.

Melilotus, fl. coeruleo. Lotus Officinar. item Lotus
urbana.

*Siliculae, latitanti intra perianthium sri-
gosius, inclusō semine.*

TRIFOLIVM, cuius uariae species. Indig. Perenn.

*Siliculae, latitanti intra perianthium uillo-
sum, inclusō semine.*

LAGOPVS. Indig.

*Siliculae, latitanti intra perianthium tur-
gidulum, inclusō semine.*

ANTHYLLIS, fl. lut. Vulgo Vulneraria rustica seu
pratensis. Indig. Perenn.

Conceptaculo longiori

seu

Siliquae bullatae inclusō semine turbinato.

CICER, fl. alb. et fl. purp. sem. rubr. Officin.

*Siliquae bullatae inclusō semine reniformi
depresso.*

COLVTEA, fl. luteo, dicta Colutea vesicaria. Male
huc refertur Colutea Scorpioides. Perenn.

Siliquae



Siliquae speciosae inclusō semine longo.

FABA. Male Phaseolus, fructu albo. Officin.

Siliquae speciosae inclusō semine lato.

LUPINVS, fl. albo, fl. luteo, fl. coeruleo et fl. carneo. Officin.

Siliquae speciosae inclusō semine re-
niformi.

PHASEOLVS, fl. albo. Officin.

Phaseolus Italicus, fl. uariegato.

Phaseolus Indicus, fl. coccineo.

Phaseolus cochleatus et hilo magno signatus. Vulgo
Lablab Alpini.

Siliquae mediocri inclusō semine utrin-
que conuexo.

LENS. Officin.

Siliquae mediocri inclusō semine globoſo.

PISVM, fl. luteolo aut uiridi. Officin.

Pisum hortense maius, semine albo, uel ex rubro uariegato.

Siliquae mediocri inclusō semine subrotundo.

LATHYRVS.

Lathyrus, fl. magno odorato, coerul. et purpur. Zeilanicus.

Lathyrus, fl. purpur. Tingitan.

Lathyrus, fl. coerul. siliqua latiore.

Lathyrus Ital. fl. coerul. picta.

Lathy-



Lathyrus, fl. albo. Male in Officinis Cicer album.
 CRACCA, Graecorum Aracus. Male Vicia multi-flora. Indig.
 Cracca minor. Male Vicia segetum.
 Vicia, fl. purp. Nota. Cracca fert pendulas ubique siliquas; Vicia uero proprie dicta erectas.
 OROBV S Sylvaticus. Indig.

Siliquae mediocri inclusō semine anguloſo.

ERVVM, fl. fuluo.

Siliquae mediocri inclusō semine re-niformi.

LABVRNVM, fl. luteo eleganti. Perenn.
 PSEVDO-ACACIA. Male Acacia Virginiana, aut
 Acacia Robini.
 GLYCYRRHIZA, siliquis erectis et compressis.
 Officin. Perenn.
 GENISTA, fl. luteo. Perenn. Indig.
 Genista Hispanica.
 ANONIS, uel Ononis, fl. rubro, uel purp. Perenn.
 Indig.
 CYTISVS. Perenn. Nota. Arduum est Cytisum et
 Genistam distinguere, nisi florem, fructumque
 minorem ac hirsutam in plerisque siliquam at-
 tendere quis uelit.

*Siliquae angustiori inaequali inclusō
 semine longo.*

GALEGA, fl. albo. Officin. Perenn.
 PSEVDO-FVMARIA. Male Fumaria bulbosa, semine
 nigro splendente.

E

Pſeu-



Pseudo-fumaria Indica, fl. ex luteo rubroque mixto.

Siliquae cylindraceae inclusō semine rotundo.

Lotus tetragonolobus, fl. atrorubente.

Siliquae cornutae inclusō semine sesamaceo.

Foenus Graecum, fl. albo. Graecis Buceros significantius. Officin.

Siliquae contortae in spiram simplicem inclusō semine reniformi.

Falcata, fl. luteo. Inconuenienter Medica falcata. Communiter Medica uera.

Siliquae contortae in spiram multiplicem inclusō semine reniformi.

Cochleata, fl. lut. Inconuenienter Medica Cochleata. Nota. Fructus uarietate mirabili inter se discrepant: siquidem alii compressi, alii rotundi, uel ouales, alii elongati et quasi doliati; quidam hispidi, aut etiam durius echinati, quidam longioribus, alii breuioribus spinis armati, alii non spinosi.

Siliquae articulatae inclusō semine recto.

Coronilla maritima, odorata, fl. lut. Male Coronilla scorpioides maritima, uel etiam Colutea Cretica, glauco folio.

Coro-



Coronilla montana. Vulgo Colutea scorpioides humilior.
Coronilla maior, fl. luteo. Male Colutea scorpioides.

*Siliquae articulatae inclusō semine
reniformi.*

HEDYSARVM, fl. rubro, fl. albo, et fl. persico.
Communiter Hedysarum clypeatum. Perenn.

*Conceptaculo duplicato longiori
inclusō semine sesamaceo.*

ASTRAGALVS uulgaris. Male Glycyrrhiza sylvestris. Indig. Perenn.

*Conceptaculo duplicato breui turgido
inclusō semine reniformi.*

GLAVX. Male Astragalus perennis.

TRAGACANTHA, fl. albido. Dodonaei Spina hirsuta. Perenn. Officin.

*Conceptaculo duplicato breui depresso.
inclusō semine plano.*

THLASPIDIVM. Male Thlaspi genuinum. Perenn.
Thlaspidium Creticum, fl. albo et fl. purp. Male
Thlaspi umbellatum Creticum.

*Conceptaculo tripartito solidiori
inclusō semine rotundo.*

ESVLA. Officin. Perenn. Indig.

E 2

Efula



Efula maior, fl. luteolo. Male Lathyris, uel Cata-
putia. Vulgo Cataputia minor. Officin.

Efula, caule crasso. Male Tithymalus arborescens.
Perenn.

Conceptaculo tripartito Vesicae simili
incluso semine rotundo, nigro,
cordis figura signato.

VESICARIA, fl. albo. Male ab aliis Pisum cordatum,
aut Halicacabum peregrinum.

Conceptaculo quadripartito
incluso semine

Nihil adhuc dum cognitum est ex genere planta-
rum flore irregulare tetrapetalio gaudentium.

Conceptaculo quinquepartito turgido
incluso semine rotundo.

BALSAMINA, fl. uariorum colorum. Nota. Non
necessum, ut Balsaminae addatur cognomen foeminae, cum mari nomen Momordicae usitatum
competat aptius.

Conceptaculo quinquepartito angusto
incluso semine longo.

IMPATIENS, fl. lut. Vulgo Balsamina lutea, seu
Noli me tangere.

ORDO



ORDO V.

Plantarum gaudentium flore perfecto,
simplici, irregulari, pentapetalo.

Seminibus nudis, binis, latis, compressis,
fimbriata orbicula praeditis.

TORDILIVM, fl. albo. Tordilium Syriacum.

fere planis, cordiformibus.

SPHONDYLIVM, fl. alb. et fl. rubr. Vulgo Branca
ursina. Officin. Indig.

fere planis, rotundioribus.

PASTINACA, fl. lut. sylvestr. et Sativa. Indig. Of-
ficin.

IMPERATORIA, fl. alb. Aliis Ostrutium. Male An-
gelicae species. Officin. Perenn.

OREOSELINVM, fl. alb. Aliis Petroselinum monta-
num. Cordi Polychrestum. Officin. Perenn.
Indig.

fere planis, oblongis.

PEVCEDANVM, fl. luteolo. Officin. Perenn.

ANETHVM, fl. lut. Officin.

Seminibus nudis, binis, latis, turgidioribus,
striatis et alatis simul.

ANGELICA, fl. viridiusc. sem. odorato. Officin.
Perenn.

Angelica erratica seu sylvestris male huc refertur,
potius Podagraria dicenda.

echinatis.

ECHINOPHORA, fl. alb. Vulgo Caucalis. Indig.

hispidis.

STAPHYLINVS, fl. alb. et fl. rubr. Vulgo Daucus
Officin. Indig.

SANICULA, fl. albido. Officin. Perenn.

Seminibus nudis, binis, longis, gra-
ciliорibus,
rostratis.

SCANDIX, fl. albo. Vulgo Pecten Veneris. Indig.

villoſis.

CVMINVM, fl. albo. Officin.

lanuginosis.

DAVCVS. Officin. uerus, non alius est, quam Cre-
ticus.

Daucus Macedonicus, fl. alb. Vulgo Petroselinum
Macedonicum, item Apium Macedonicum.
Officin.

laeuis, bullis.

CEREFOLIVM, fl. alb. vel Chaerefolium. Officin.
Cerefolium sylvestre. Male Myrrhis sylvestris.

striatis, nigris.

PERFOLIATA, fl. lutea.

Striatis



striatis, fuscis.

PODAGRARIA, fl. albo. Alioquin Angelica sylvestris, uel erratica. Vulgo herba Gerhardi.

striatis, albidis.

FALCARIA, fl. alb. Alioquin Eryngium aruense, foliis ferrae similibus.

striatis, lineis pallidioribus distinctis.

MYRRHIS, fl. albo. Aliis Chaerophyllum Sylvestre. Vulgo Cicutaria bulbosa.

Myrrhis palustris, fl. Amethystino. Perenn. Indig.

CARVM, uel Caruum. Officin.

SISARVM, fl. albo, radice dulci. Officin. Perenn.

